



**R. P. Lvcæ Pinelli Societatis Iesv, Theologi, Exercitia  
Spiritvalia Qvadraginta, De Sacrosancto Eucharistiæ  
Sacramento**

**Pinelli, Luca**

**Coloniae, 1608**

Christvs Comprehenditur & ligatur. Matth.26. Ioan.18.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59691](#)

DE PASSIONE CHRISTI. 23

CHRISTVS COMPREHENDI-

tur & ligatur. Matth. 26.

Ioan. 18.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. C O N S I D E R A , quomodo Christus  
Saluator noster adueniente Iuda cum  
armatis cohortibus, ei obuiam processerit,  
salutauerit, ab eo se osculari passus sit, & il-  
lum benignè, peccati per hāc proditionem  
suam admissi, admonuerit.

II. C O N T E M P L A R E , vt I E S V S  
non modò se non defenderit, sed etiam v-  
niuersam turbam illam armatam, quam v-  
nico duntaxat verbo ad terram prostraue-  
rat, surgere permiserit: ministrum à S. Petro  
Apostolo vulneratum sanauerit: & sponta-  
nea voluntate in manus hostium se tradi-  
derit, prohibens illis ne quenquam suorum  
laderent.

III. R E V O L V E quanta cum rabie ac  
truculentia, Iudas exetique lupi tarrarei,  
mansuetū Agnū I E S V M cōprehenderint,  
ligauerint, & pro libitu suo tractauerint.

DOCUMENTA.

I. Fili affice quam benignus & clemens fueris  
Christ⁹ in proditorē suū: qualis ergo eris in se-  
dilectos sibiq; toto corde seruientes? quo vuln⁹, qua  
benig-

benignitate suscipiet eos, qui pro amore ipsius aduerfitates patienter tolerant.

2. Fili da operam, ut amici & inimici beneficias: quemadmodum Christus prouidit ne discipuli amici sui in aliquo laborerentur: & ininde cum sauciatum curauit, bonum pro malo retribuit.

3. Intuere fili in quantum ræcit item Iudas inciderit, ut ex Apostolo Christi prolior, & magistri sui carnifex effectus sit: idem euenit omnibus qui vocationem suam relinquunt, & cum conscientia mortali scelere inquinata, Dominicos corporis & Sanguinis sacramentum percipiunt.

## COLLOQVIV M.

**Q**uæ Domine, est ista mutatio? cum nondum aduenissent hostes tui, tunc corpore tremebas, & modo illos aspicias, audacter illis obuiam pergis? Nunquid antea carnis infirmitatem, & postea spiritus promptitudinem demonstrare? an veritas charitatem tuam, in conspiciendis tuae passionis ministris nobis patefacere voluisti? gaudedo nimirum quod hora illa tantopere a te concupita, appropinquasset? Hinc satis clare patet bone l a s v . , te non esse merceuarium, sed verum & amore flagram-

D  
tem  
nent  
quod  
vos i  
ga de  
pro i  
perm  
datur  
quod  
qua e  
vber  
blaspi  
eum  
dete a  
le s  
vinc

DE PASSIONE CHRISTI. 25  
tem pastorem vitam pro ouibus suis expo-  
nentem. O sancti Apostoli mementote,  
quod cum Christus sit caput vestrum , &  
vos illius membra, non modo non eum fu-  
ga deserere, sed etiam vosmetipso scutum  
pro illo obijcere deberetis. Itaque nolite  
permittere ut latronis instar comprehen-  
datur & vinciatur, qui venit , vt pro furtō  
quod Adamus perpetrauit, satisfaciat, &  
quæ non rapuit exoluat. Nolite pati ut ad  
urbem tantis cum iniurijs , tantaque cum  
blasphemiarum & maledictorum, quæ in  
eum iaciuntur contumelia ducatur. Egre-  
dere anima mea , & satellites obtestare, vt  
Iesus Christi sanctas & diuinas manus à  
vinculis soluant, quandoquidem illeto,  
tam huius mundi yniuersitatem  
sustineat, & omnia præsen-  
tis vita bona nobis  
impertiun-  
tur.

b CHRI-